

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

cuidam militi profuisse, aspectu, testis est *Platerius de vit.* *Corallina* autem tantæ contra lumbiticos est virtutis, ut ea die expellat qua assumpta fuerit. *Vifus puer*, qui post acceptam, septuaginta ejecit. Ignorarunt id veteres, jam tota uituit *Græcia*. *Lemm. Occult.*
l. 3. c. 9.

C A P U T XI. DE CINNAMOMO & CEDRO.

Cinnamomum nascitur in Zeilam, & in una ex Moluccis, Mutir; nullum gerit fructum: Æstu cortex vinditur atque absistit. Bis in anno deglubitur. *Scalig. Exerc. 144.* Dulcis primum, mense postea perficitur. Galeni tempore tanta ejus penuria, ut nonnisi apud Imperatorem reperiatur. *Galenus lib. 1. de antid.* Sed & nunc tale vix repetiti, quale describit *Galenus*, testis est *Scalig. loc. cit.* Virtutem ad triginta annos non servat. Falsum enim quod alii scribunt, senectutem non sentire. Ego, inquit *Galenus loc. cit.* neque ducentorum annorum interventu, sed pauciorum, si quis ad tantum numerum conferat, jam aliquam mutationem vetustiori Cinnamomo factam observavi. Quo tempore enim Antonino Imperatori theriacam paravi, vase lignea, in quibus eiusmodi Cinnamomum inerat, multa conspexi, alia Traiani, quadam Adriani, nonnulla Antonini etate reposita; omniaque hac seje & saporis & odoris imbecillitate vehementiaque tantum plane superabant, quantum & tempore differebant. Cedrus molles citra dolorem putrefacit carnes, quia siccata: at mortuorum corpora à corruptione conservat. Superfluum enim in iis despicit humorem, solida haud attingens. *Mathiol. lib. 1. Diosc. c. 89.* Lendes, pediculos, tineas & in auribus natos vermes interficit: fecundum apposita viventem interimit, expellit mortuum. *Theophrast. l. 5. c. 8.* Semen in congressu corruptit, conceptum sic impediens. Crevit olim copiosissima in Libano, hodie ad paucas (*Rhauvvolfius* viginti quatuor numeravit) redacta;

redacta: A
tan callio
horis long
tempum Ag
tribe ducab
tigie, anni
cap. 10.

DE C

C Ham
tia; Na
cua Ägy
modo in
nec cruda
fues in fu
nes, fues
experiti &
assentient,
mact. v
fentaneus
tos, vigil
Hinc Cre
sumunt à c
tiental pro
lis Lari fa
tissimus, C
quaque nudi
tibus Cato
doleficit in
num perdu
tores arunc
circumqua
videnter,
146. l. 1. C

redacta: Altitudo & crassitas ei mirabilis. Stemma tam crassum, ut tressi non possint complecti, in hortis longe vastior, si absque cæsu sinatur. Uticæ templum Apollinis fuit, ubi Numidicarum Cedrorum træbes durabant, ita ut positæ fuere prima urbis ejus origine, annis mille centum octoginta octo. Plin. l. 16. cap. 40.

CAPUT XII.

DE CHAMÆLEONE, CARIO-
PHILIS & CICHORIO.

Chamæleonis nigrae venenosa in Græcia & Ponto radix est. salubris cœli adscribit *Mathiolus* clementia. Nam & Persea Persis quondam Lethalis, innocua Ægyptiis: & Arum Cyrenis tam mite, ut rapi modo in ciborum usum veniat; in Græcia & Italia nec crudum nec coctum edi potest. Occidit canes & fures: in farina hordeacea subæta cum oleo & aqua, canes; fures cum brassica. Si, an homo æger sit vincturus, experiri velis, triduo ea radice lavari debere, quidam asserunt; si toleravit, mortiturum nequaquam existimant. Viscum ad radices nascens, venenum est præsentaneum, at media sumptum quantitate, somnolentos, vigilantes reddit. *Theop. l. 9. de Plantis, cap. 13.* Hinc Cretenses mulieres, ne somnum in opere ineant, sumunt à cena modicum. *Cariophillorum* arbor in Orientali provenit plaga, quibusdam Indici pelagi Insulis Lauti faciem refert, foliis angustioribus & odoratissimis. Cariophylli ex illis proveniant, qui nil aliud, quam rudimenta fructus. Nascitur sponte ex decedentibus Cariophyllis. *Mathiol. in lib. 2. Diosc. 253.* Adolescit intra octenium; & in centesimum usque annum perdurat. In solis Moluccis fructum edit. Cultores arundinibus flagellant arborem, constrato prius circumquaque tegetibus palmeis solo. Triennio vacat vindemias, tum effteratur ac degenerat. *Scaliger Exerc. 146. s. 1.* *Cichorium* verrucarium, verrucatum pestis.

I

Mulei